omnium reus. Quod si non moechaberis, occides autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini et sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia erit[h] ei, qui sine misericordia iudicat[h]. *Superexaltat misericordia iuditium*[i]. *Et ut dominus ait: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.*

<C. 3> EX EPISTOLA EIUSDEM PAPAE SECUNDA *DE EPISCOPIS PRIMATIBUS ET PATRIARCHIS EORUMQUE MINISTERIO.*

Provintiae igitur multo ante Cristi adventum tempore divisę sunt et in capite provintiarum, ubi dudum primates legis erant saeculi ac prima iudiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis necesse erat, confugiebant pro oppressionibus vel iniusticiis ipsosque appellabant, quotiens opus erat. Ipsis quoque in civitatibus vel locis patriarchas vel primates, qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina vel[j] *leges † … † necesse fuerit, confugerent eosque apellarent, et ipsi nomine primatum fruerentur et non alii. Relique vero metropolitane civitates, quae minores iudices habebant*[k], *licet maiores comitibus essent, haberent metropolitanos suos, qui praedictis iuste oboedirent primatibus, sicut et in legibus saeculi olim ordinatum*[l] *erat. Qui non primatum, sed aut metropolitanorum aut archiepiscoporum nomine fruerentur. Et licet singulę metropoles civitates suas provintias habeant et suos metropolitanos habere debeant episcopos, sicut prius metropolitanos iudices habebant*[m] *seculares, primates tamen, ut praefixum est, et tunc et nunc habere iusse sunt, ad quos post sedem apostolicam summa negotia conveniant, ut ibi-*

---

h-h) *am Rand nachgetr. B.* i) *korr. aus* iuditio *B.* j) *nachgetr. B.* k) *korr. aus* abebant *B.* l) *korr. aus* ordinato *B.* m) *korr. aus* habeant *B.*

---

47 *nach* reus *folgt* Qui enim dixit: Non moechaberis, dixit et: non occides *PsIs.* **49-50** erit - iudicat] illi, qui non fecit misericordiam *PsIs.* **50** Superexaltat autem misericordia iudicio *PsIs (aber* iudicium *VD38).* et dominus ait *PsIs.*

<C. 3> **52-75** *Ps.-Anacletus (JK † 3) c. 26, mit frei formulierter Inskription und Aufnahme der Rubrik wie in N442; O93; V630; VD38 u. a. Ed. HINSCHIUS S. 79 Z. 21 - S. 80 Z. 9; ed. SCHON 013.htm.*

Abweichungen: **55** igitur] autem *PsIs.* *nach* sunt *folgt* maxima ex parte et postea ab apostolis et beato Clemente praedecessore nostro ipsa divisio est renovata *PsIs.* **58** *nach* erat *folgt* qui ad aulam imperatorum vel regum confugere non poterant vel quibus permissum non erat *PsIs.* *nach* iniusticiis *folgt* suis *PsIs.* **59** *nach* erat *folgt* sicut in lege eorum praeceptum erat *PsIs.* *nach* locis *folgt* nostri *PsIs.* **61** vel *fehlt PsIs.* † … †] divinae et eclesiasticae poni et esse iusserunt, ad quos episcopi, si *PsIs.*